



D

Anf

DISSERTATIO IN AVGURALIS JVRIDICA  
 SIVE  
 OBSERVATIONES JVRIS MISCELLANEÆ  
**THEORETICO-**  
**PRACTICÆ**  
 QVAS INDVLTV ORDINIS  
 JVRE CONSULTORVM PRÆSIDE  
**JO. PAVLLO. KRESSIO,**  
 J. V. D. ET P. P. ACADEMIÆ  
 JAM PRORECTOR, ET ORDINIS SVI DECANO  
 PATRONO AC PROMOTORE SVO PER  
 ÆTATEM COLENDO,  
**PRO GRADV DOCTORALI**  
 AC SVMMS IN VTROQVE JVRE HONORIBVS  
 ET PRIVILEGIIS RITE CONSEQUENDIS,  
 PLACIDÆ ERVDITORVM DISCEPTATIONI  
*IN JVLEO MAIORI*  
 DIE AVGVST. III. HOR. CONSVET. SVBIICIT  
 AVCTOR  
**CARL GOTTHILFF DRACHSTEDT**  
 PATRICIVS HALL. MAGDEB.  
 REGIMIN. BLANCKOB. ADVOC. ORDIN.

---

HELMSTADII,  
 TYPIS HERMANNI DANIELIS HAMMI,  
 ACAD. TYPOGR. 1722.

DIESER TATTO IN MAGDEBURG VIRDICUS  
SIVE  
OBSERVATIONES VARIS MISCELLANIS  
THEORETICO  
PRACTICE  
GAVS INDALTA ORDINIS  
VAFCONISZI DORVM PRÆSIDIE  
IO PAVLII KRESSIO  
TATRONO AC PROMOTORE SAO PER  
TATUM COLLENDO  
PRO GRADA DOCTORIA  
AC SUMMIS IN ASTRONAE VARIS HONORIBVS  
ET PRIMIS RIBUS CONSERVANDIS  
PIACIDE ERADICORVM DILECTIVORVM  
AM PLACIDIO MAIORI  
DIE AGACIÆ M. HOR CONSULTI SARMIOT  
VACATOR  
CARL GOTTHILF DRACHTIDT  
PALATINAS HALI MAGDEB  
REGIUM DYNASTORVM AVOCO ORDIN  
HILDEKON  
TUTA HERMANI BANIENSIS HAMMIS  
AGRI TYPORVM

JO. PAVLLVS KRESS  
PRÆCLARÆ ERVDITIONIS AC  
STIRPIS CANDIDATO

DRACHSTEDTIO

S. P. D.

Non quod multi agunt immatu-  
turo consilio , ad juris ho-  
nores docturæque gradum de-  
properasti, sed eruditione in aca-  
demii operose conquisita, ac de-  
inde in tritura forensi probe exer-  
cita multoque labore per plures  
annos exculta demum de hisce  
cogitasti Domine Candidate. Cu-  
jus optimi instituti eum quoque

) ( nunc

nunc consecutus es fructum, ut  
post examina consveta exacta, &  
scientiam tuam in juris arte, &  
prudentiam in ejusdem applica-  
tione, usque unanimiter lauda-  
verit ordo juridicus. Quæ lau-  
datio tanto majoris facienda est,  
quo rariora hodie sunt illorum  
exempla, qui & doctrina neces-  
saria in academiis ingenium præ-  
parant, & diligent ex exercitatio-  
ne in foro, ulterius perficiunt.  
Placuit TIBI cetera, non uni ar-  
gumento in tuo inaugurali spe-  
cimine inhærere, nec opera con-  
texta dissertationem conscribere,  
sed selecta quædam, & utilia juris  
capi-

capita, grata nec inconcinna varietate, hinc inde decerpere, atque sub observationum miscellanearum titulo publico exhibere. Commendat hoc studium se facile viris in foro versantibus, quibus saepius breves peculiares rerum peculiarium meditationes, casu difficiili obveniente, plus profundt, quam prolixia industria, multoque apparatu anxie conscripta vastiora systemata. Neque aliter sperare jubent, quæ in præsentiarum collegisti, quæque TIBI jam reddo, paucis hinc inde interpolatis & aliquot auctariis adjectis. Gratulor TIBI jam-

) ( 2 diu

diu promeritos honores, opto-  
que animitus, ut gradus acade-  
micus, certissimus ad altiora in  
republica gradus sit, splendori-  
que nobilissimæ tuæ familiæ jam  
satis conspicuæ, novum inde ac-  
cedat lumen atque novum incre-  
mentum. Vale & rem ex animi  
sententia gere.

Prescriptum in Academ. Jul.

M DCC XXII. die Julii

XXX.



lib s.) capi-



## OBSERVATIO I.

**D**Elato & acceptato in causa deflorationis ac stuprations juramento principali, juramentum calumniæ salva conscientia, & sine evidentissimo perjurii metu admittendum non est \*

Juramentum calumniæ quid sit, per §. i. *J. de Pen. sem. Litigant.* & L. 2. C. de jure jur. propt. column. dand. quotuplex sit, per dictam L. 2. §. fin. in pr. & c. i. ac 2. X. Eod. Nov. 49. c. 3. per C. 2. §. fin. de ju- r. calumn. in 6. et qui hoc jurare teneantur, nec non ad quem finem praestandum sit, tum ex rubr. tum ex pr. & §. i. *J. de pen. sem. litigant.* satis clarum esse puto. Et licet juramentum calumniæ tempore Justiniani ad substantiam judicij pertinuerit, ut ita quoconque tempore, & quacunque litis parte postulari ac praestari potuerit, id quod etiam expresse jure can. constitutum, per c. i. de juram. calumn. x. in 6. vid. BRVNREM. Conf. 103 n. 26. ibique adleg. Interim

A 2

tamen

tamen, quum nullum juramentum debeat esse  
vinculum iniuritatis, neque aperta porta ad fa-  
cile profanandum sanctissimum nomen divi-  
num, quin potius honesta eorum verecundia,  
qui metu Numinis divini non facile jurant, L.  
eum quidam 21. §. neque enim C. de fide instrument.  
L. 8. ff. de cond. Inst. Ita in juramento calumniae  
cordati judicis arbitrio multa sunt relictæ. Hinc  
enim, quoties videt, frivole solum exigi hoc  
juramentum, toties illud inhibere potest, imo  
& debet, ne supervacuus, juramentis onerentur  
conscientia litigatorum, aut nomen Dei profa-  
netur, MEV. P. 2. Dec. 324. vid. Rec. Imper. de an-  
no 1654. §. über dieses verordnet wir 43. &  
quum ille occidisse vulgo dicatur qui mortis cau-  
sam præbuit, L. ita vulneratus st. in pr. ff. ad L.  
Aquil. Sane iudex in Deum & partem gravius  
peccat, qui superflua juramenta, unde quam  
plurimum perjuria sequuntur, admittit, & ita  
se auctorem perjurii sifit contra L. 2. C. de In-  
dict. viduit. toll. Toties vero iudex juramentum  
calumniae non debet admittere, quoties ex qua-  
litate rei, vel ex aliis facti circumstantiis, aut  
alias a parte deductis, magis certus, quam du-  
bius est, unam partem litem ex calumnia non  
movisse, nec facile moturam esse. Ratio enim  
uti anima legum est, L. 17. ff. de LL. ita in le-  
gem committit, qui legis verba amplectens,  
contra legis nititur voluntatem, c. certum est 88.

150

de R. I. in 6. simplicitas enim est amica legibus,  
§. sed quia 7. I. de fidei commiss. heredit. Et inde  
inspicimus in dubiis ac obscuris, quod est veri-  
similius, vel quod plerumque fieri consuevit,  
cap. inspicimus 45. de R. I. in 6. Hinc in praesenti  
casu, quando in causa deflorationis ac stupra-  
tionis, delato & acceptato jam juramento prin-  
cipali, defloratae juramentum calumniae defer-  
tur, ut ita magis sermo sit, de juramento ca-  
lumniae speciali, quod scilicet super certo cau-  
se articulo, ut in praesenti super delato juramen-  
to principali, praestandum, quum juramentum  
calumniae generale in aliquibus locis plane sit  
abrogatum vid. jus provinc. pruten. L. 1. tit. 32. in  
Saxonia autem in desuetudinem abierit, testan-  
te CARPZOV. P. I. c. 12. def. 21. & in Proc. civ.  
Tit. 12. art. 1. n. 7. & PHILIPP. in usu pract. in-  
stit. Eclog. 74. judex hoc non admittet, neque  
etiam sine evidentissimo perjurii meru admitte-  
re potest. Jurans licet alias de calumnia, de  
credulitate tantum juret, per §. l. J. de Pæn. tem.  
litigant. Etenim in dicto casu, aperta, imo  
ridicula illusio, & evidentissimus perjurii metus  
in medium se sistit, quum deflorata credulita-  
tem fidemque probabilem per quandam abstra-  
ctionem a scientia distingueret nequeat sed po-  
tius certissime sciat, effectu imprægnationis fa-  
tis præ se ferente, quod a certo ipsique noto  
stupratore castitas ejus sit expugnata: ut proin-  
de quan-

de quoniam hæc de veritate, & non de credulitate jurat, ut sic juramento principali, ut potest itidem de veritate, plane non opus, sed illud potius in totum superfluum sit Hinc non potest non esse, quin unum ex hisce juramentis in perjurium necessario abire debeat, vel ad minimum altera partium peritura presumatur, & ita omnino quoque presumendum sit. Quare & vulgo, etiam à simplicissimis, qui regulas artificialiter presumendi & concludendi non intelligunt, dici solet: Dqs wird nicht leicht vermuthet / noch auch einer glauben / daß ein Mensch einen Kerl angeben solle / mit dem sie gar nichts zu thun gehabt hätte. Neque afortis obstat: posse tamen calus evenire, ut stuprata circa stupratorem fallere possit, e. g. quando concubitus in diversorio publico, in stramine & in tenebris, vbi plures masculi simul pernoctant, sit peractus, vel quis puellam in somno suppresserit, si alias fieri potest, quod concubitus in somno & somno manente, effectivè exerceriposse, id quod tamen animus non est, aut examinare aut decidere. Ut enim nulla regula adeo firma, quin non aliquam patiatur exceptionem, ita raro accidentia non constituant jus L.

# OBSERVATIO II.

**T**antum pecunia alter mihi in mutuo  
debet restituere, quantum illi mea pe-  
cunia

• 37( 50)

cunia fuit utilis, aut tamen esse poterat; &  
ita distinctio vulgaris inter mutatam boni-  
tatem monetæ intrinsecam & extrinsecam,  
subtilitatem magis, quam utilitatem sapis,  
ac in cathedra, potius quam in foro locum  
sibi vindicat. \*

\* Mutuum re contrahitur, & inde nominatur con-  
tractus realis, uti notissimum ex pr. J. quib. mod.  
re contrab. oblig. vocatur autem ideo realis, quia  
formaliter actualis rei traditio ad sui perfectio-  
nem requiritur, L. 30. ff. de Reb. Cred. L. 1. §. 2.  
ff. de. ver. permutat. Interim actio inde oriens  
non est realis, sed manet personalis. Hinc  
quantum peccunia ab altero realiter ad me  
pervenit, aut utiliter pervenire potuit,  
tantum restituere sum obligatus; ut ita, pla-  
nè non opus, imo intotum supervacaneum,  
prius quærere de facta forte mutatione bo-  
nitatis monetæ. Quum etiam pactum, ut  
plus reddas accepto, inutile dicatur, L. 17. ff.  
de pact. L. 11. ff. dereb. cred. Et quando ultra id,  
quod datum est, in mutuo non debet reddi ali-  
quid, licet aliud placuerit, L. 11. §. 1. ff. de Reb.  
Cred. Adeo, ut testante CARPZOV. frustra urgea-  
tur effectus instrumentorum liquidorum, CARP-  
ZOV. p. 2. decif. 146. sane illud, quod realiter  
in mutuo, sive directo sive per indirectum ad  
alterum pervenit, aut utiliter pervenire potuit,

alteri

alteri restituendum; Alias enim alter cum alterius damno fieret locupletior, id quod nemini licitum, L. 14. ff. de condic. indeb. imo potius a naturali abhorret ratione, quemquam cum alterius detrimento fieri locupletiorem, L. 206. ff. rhur de R. I. L. 6. infra. ff. de jure Dor. conf. Schultes ad Modest. Pif. qu. 122. n. 68. & seq. Thoming. decis. 27. n. 37. Brunnem. Cons. II. 4. n. 17. & semper in dolo esse dicitur, qui cum alterius damno vult locupletari, L. 17. §. fin. de Ins. Art. ut etiam pupillus teneatur de dolo, quatenus cum alterius damno vult locupletari, L. 1. ff. depos. conf. Bargel in tr. de dolo lib. 6. reg. 3. n. 6. ubi tandem in fine concludit: quod actio dolii, quae competit contra eum, qui se locupletat cum alterius damno, sit perpetua. Haud malè etiam ad hanc materiam & præmissam decisionem ingenerat quadrat, L. Si me & Titium 32. ff. de Reb. cred. quæ Lex propter summam secum ferens æquitatem, à multis, multis elogiis effertur, sic vocatur lex aurea aureisque literis scribenda, à Baldo, Parisio & aliis, JCtis, quos recenset Hippol. Rini. Conf. 65. n. 22. Speculum alium, lex divina & nobilis. Insigni plane commentario casu que practico textum hunc illustravit Jctissimus Lauterbach. in Vol. Dissert.

**OBSERVATIO III.**  
**I**N probanda Læsione minoris, non sufficit probare: se illo tempore, quo restitu-

496

tio petitur, læsum esse, sed quod læsio jam adfuerit illo tempore quo negotium gestum est. \*

\* Restitutio in integrum est repositio in pristinum statum, L. 4. §. 1. & 2. ff. de fideicom. lib. seu est redintegratio causa jure amissæ, L. 2. C. quib. in caus. in integr. restit. : Unde quando minor petit restitucionem, petit reponi in pristinum statum. Quum vero restitutio presupponat læsionem L. 1. §. 1. ff. de minor viginti quinque ann. : Hæc, ut pote fundamentum agendi constituens ante omnia probanda, Restitutionem enim in integrum, non tam persona minoris quam restitutionis causa, ipsa Læsio videlicet introduxit. quum non minor solum, sed & major viginti quinque annis, non nunquam in integrum restituatur, neque etiam ante minor beneficium restitutionis in integrum impetrat, quam se læsum esse probaverit, per L. non omnia 44. ff. de minor: viginti quinque ann. Læsio autem debet esse intrinseca, sive, qua negotio gesto jam infuit, non autem extrinseca, sive aliunde ex post facto, utpote ex mutatione temporum calamitate belli, aut felicitate pacis, nec non pretio rerum cum affectione hominum, ut plurimum non adeo sapienti variante, nec certo ac universali fundamento innixo vid. Dn. Thomas. dissert. de pret. affect. & de equit. cerebrin. L. 2. C. de res. vendit. Add. Oddus de

B

Restit.

*Restit. P. I. q. 4. art. 5.* Nam si hoc permettere-  
tur futurum sane esset, ut restitutio negotium  
non in pristinum, sed plane in aliud ac novum  
statum reponeret, & ita non restitutio, sed mu-  
tatio ac Novationis species nominanda foret;  
Quod tamen secundum antea deducta, legibus  
è diametro contrariatur. Inde etiam omnes in  
integrum restituciones causa demum cognita  
fiunt, *L.3.L.11.§.3. & L.44. ff. de minor: viginti quinque*  
*ann. insuper tenendum, quod ubi constat de me-*  
*liori jure rei, non sit restituendus actor. c. Pafora-*  
*lis X. de causa posses. & propriet: Quare in petitione*  
*restitutionis in integrum, maxime, quando ad pro-*  
*bationem fundamenti agendi, lœsionis sc. perve-*  
*nit, caute procedendum, ne quis, inducta proba-*  
*tione minus relevanti, restitutis in simul expen-*  
*sis, causa cadat.*

#### OBSERVATIO IV.

**S**I quis ex capite metus restitutionem  
petit, non sufficit probare metum, sed  
lœsio quoque quam maximè ac potissimum  
probanda venit.

\* Jus collectum est ex naturalibus præceptis, aut  
gentium, aut civilibus §. i. j. de just.: & jur:  
Hinc etiam in jure æquitas naturalis maximè  
spectanda, & illius ratio habenda *L. 90. ff. de R. j.*  
confer ex instituto *Dissert. Magnif. Dn. PRÆSID.*  
de regula: *summum jus summa sepe injuria. ut quo-*  
*que æquitate desiderante, jus mutetur, L. 85. §. 1. ff.*  
*de R. j.*

*de R. 7. Inde prætor iniquitatem juris stricti videntem  
emendationem quidem intendebat, sed cum ipsi  
potestas legislatoria non competenteret, politicæ  
artes in subsidium vocandæ erant, ne plebi ad-  
seditiōnem proclivi rebellandi ansa daretur, &  
tamen secundum æquitatem naturalem, multis  
in negotiis jus diceretur, adhibitis in hunc finem  
remediis palliatis. Inter quæ & locum sibi ven-  
dicit Actio quod metus causa, quæ tunc insti-  
tuenda, quando alter vi metuque compulsus,  
aliquid gessit, unde damnum patiatur, & sic in-  
de laesus sit L. 1. ff. quod met: caus. Qualis gestio  
quidem secundum jus naturæ nulla est, de jure  
civilī autem per regulam, quod coacta voluntas  
sit etiam voluntas, subsistit. Requisita actionis  
nostræ sunt, ut metus incussum sit injusta ratione,  
ab eo scilicet illatus, qui sc. nullum in me jus ha-  
bet, metum inferendi, L. 3. §. 1. L. 9. §. 1. L. 21.  
pr. ff. quod met. caus. Quisnam autem metus ju-  
ste incussum dici debeat, ex circumstantiis variis  
judicatur. Aliquando judex ex persona ejus,  
qui metum patitur, arbitratur, L. 3. ff. ex qui-  
bus caus. maj. aad. c. 28. X. de sponsal. interdum  
respectu metum incutientis accidere potest, ut  
licet v. c. magistratus regulariter jus metum in-  
ferendi habeat, nihilominus potestate sua impe-  
riove abutatur, quo casu vis illata pro injustâ  
reputatur, L. 3. §. 1. ff. quod met. caus. L. 7. ff.  
ad L. jul. de vi publ. Porro debet aliquid gestum  
esse inter vivos, quum in aliis negotiis æquitas*

naturalis remanserit. Sic metu compulsus ad faciendum Testamentum, laesus dici nequit, quoniam illud vel per se nullum est, arg. L. 1. C. de SS. Eccles. vel pro lubitu Testatur mutare potest. Huc etiam refertur matrimonium. Quamvis enim metus, secundum hypothesin JCorum Romanorum, Stoicorum Sectæ additorum, non excludat voluntatem juxta L. 21. §. pen. ff. quod met. caus. quia tamen excludit voluntatis libertatem, quæ in matrimonialibus omni modo requiritur, C. 14. X. de sponsal. metus hæc negotia impedit, redditque ipso jure nulla, L. 22. ff. de Rit Nupt. L. 14. C. de Nups CARPZ. in juris pr. Eccles. L. 2. d. 27. sed cur non in omnibus aliis negotiis, in æquitate naturali ita persistendum, ut metus, si non voluntatem, quod tamen verius puto, attamen voluntatis libertatem excludat, & sic negotia redeant in nulla? Interim quoties metum patiens, ex illo metu non simul patitur læsionem; toties ex capite metus non restituitur, quod Exemplo declarat STEPH. FAGVNDETZ, de just: & jur lib. I. c. 5. n. 19. vid. Corvar. de Matrim. p. 2. c. 3. §. 4. n. 28. conf. L. 9. §. 8. & L. 14. §. 3. ff. quod met. caus. MEICHSNER. t. 1. Dec. cam. Lib. I. Dec. 15. n. 3. & Dec. 46. n. 3. & 16. Probato itaque metu, & non insimul probata læsione ex eodem metu proveniente, restitutio ex capite metus cessat, neque locum invenit, & alter exceptione incompetentis actionis recte repellitur; quanquam ipsi

no 336 30

---

ipſi cæteris paribus, actio injuriarum ſalva  
maneat.

## OBSERVATIO V.

IN negotio, quod præcedente cauſæ cognitione celebrandum eſt, alter neceſſario debet docere, quod deſuper Acta peculiaria, & in ſpecie ſuper iſta cognitione, ſint conſcripta. \*

\* De judge, ejusque perſona ac offiſio, ſparſim in jure agitur, quibus tamen omnibus ſtudio ſuperſedeo, quum propositi non ſit, quicquam de hiſce tractare; ſed qui cupit, potest evolvere *Tit. I. de offic. jud. ff. de jurisd. & de judic. & ubi quisque ager. L. 12. c. de judic.* ZIEGLER in *dicaſtic.* KELLER. *de offic. jud.* Interim quando ad negotium aliquod, quorum quam plurima ſunt, præcedens cauſæ cognitione requiritur, non ſufficit, in documento ſuper iſto negotio conſcripto, dictum, & ſub fine, uti ordinarie fieri ſolet, annexum eſſe, quod cauſæ cognitione facta ſit, quin hiſce non obſtantibus, alter factam cauſæ cognitionem, ex peculiaribus, ſuper iſta cauſæ cognitione conſcriptis Actis, docere debeat. Nam licet in Actu conſirmato præſumatur ſolemnitas, MENOCH. lib. 3. *præſumt. 132. n. 44.* idque maxime & eo magis in Actu judiciali, SOCIN. in *tract. fallent. reg. 463.* & pro judge alias ſit præſumtio, quod iuste &

B 3 recte

recte egerit ea, quæ ad eius officium pertinent,  
MENOCH. lib. 2. pr. & f. 67. n. 1. & seqq. Ut hinc,  
quæ iudicitaliter facta sunt, præsumantur omnia  
rite & legitimate gesta, c. sicut nobis 16. in f. X. de  
sent. & rejud. attamen non tam fortiter præsu-  
munt iura, ut postulante parte, vel alias in-  
digentia causæ, Actus causæ cognitionis ipse, &  
an ille rite sit celebratus, prout secundum sub-  
stratum negotium, exacte vel exactius erat cele-  
brandus, non sit verificandus; id quod autem non  
aliter, quam ex Actis, habitis super ipsa causæ  
cognitione, verificari potest. Judex enim vi &  
ratione officii, illa tantum facere potest, quæ ipsi  
qua iudici incumbunt, BARTOL. ad L. I. de ju-  
risdict. n. 10. Sed iudici incumbit, secundum le-  
ges, & iuxta modum in legibus præscriptum, o-  
mnia facere, & quod taliter facta sint, per Acta  
desuper conscripta, docere. Etenim certi iuris  
est, quod in omnibus omnino negotiis, & omni-  
bus Actibus, id, quod principaliter agitur atten-  
dendum, & secundum illud de toto negotio iu-  
dicium faciendum sit, L. I. pr. ff. de Autor. Tutor.  
L. 6. ff. ad L. Rhod. de jact. JASON. in L. si quis nec  
causam in pr. ff. de Reb. Cred. ubi itaque principali-  
ter de causæ cognitione, & quod illa, tanquam  
potissima solennitas, in hoc vel illo negotio, rite  
ac legitimate fiat, agitur, secundum illam etiam  
iudicium faciendum est. Imo cum causa cogni-  
tio præsupponat citationem interessentium, eo-  
rundem declarationem ad Acta, nec non ulterio-  
rem

. 15 ( 30 )

---

rem exactissimam rei perquisitionem, non potest  
non esse, quin hæc omnia ex Actis, utpote ex  
præviis decretis citationum, habitis Terminis  
oralibus &c. demum apparere debeant. vid.  
BRUN. *Conf. ultim. n. 363.* Nam & iudici afferenti  
aliquid contra veritatem, sive, quod idem est,  
de quo veritas ex Actis non potest doceri, non  
creditur, BRVNNEM. ad L. 8. ff. de Castr. Pers. n. 6.  
ad eo, ut afferente RIMINALD. *Conf. 194. n. 24.*  
quem & citat BRVNNEM. d.l. nec superiori cre-  
datur, quando solennitas, quæ intervenire debet,  
ob temporis brevitatem non intervenisse, verosi-  
militer colligitur.

## OBSERVATIO VI.

MUltis disquiri \* 1. & in utramque par-  
tem disputari solet, utrum servitia ru-  
sticorum nobilibus præstanda determinata  
\* 2 an indeterminata præsumi debeant, ne-  
gari tamen nequit, quin lite inter rusticos  
& nobiles orta, saepius hæc concertatio usu  
careat, & servitia ad certas operas restrin-  
genda \* 4 fint ex æquitate.

\* 1 Ufus quæstionis in eo queritur, quod domino  
cui servitia indeterminata debentur, ius & fas sit  
pro arbitrio novas imponere, nec rusticis ad u-  
sum provocare liceat, daß sic bisher nicht mehr/  
als

als diese oder jene Frohnen und Dienste gethan  
hätten / vid. Theatr. servit. 949. in fin.

\*<sup>2</sup> Ita fere ERHARD *concl. XII. de operib. rustic. L. 6.*  
*p. 203. p. 224. L. c. d.*

\*<sup>3</sup> Ita KLOCK. *tom. I. consil. 26. n. 23. MEV. IV. decis.*  
*131. STRTK. U. M. 3. 6. de oper. libert. theatr. servit. 949.*  
Quidam huius præsumptionis causam in veteri Germanorum servitute sibi invenisse videntur, quasi quondam omnes rustici fuissent servi, deinde autem dominorum suorum generositate crescente manumissi, & proinde è lege gratitudinis per secula seculorum duratura ad omne servitorum genus obstrictissimi. Enim vero, incertum est duo tantum olim fuisse in universum hominum ruricolarum genera nobiles, sive ingenuos & rusticos, sive servos. Sane in Saxonia servitus potissimum a Carolo M. deducitur, in Alemannia a Clodovæo. ADAMVS BREMENSIS *c. V. bistor. eccl. quatuor differentiis nobilium, liberorum, libertorum atque servorum gentem Saxoniam constitisse ait.* NITHARDVS LIV. nobis ADELINGOS, FRILINGOS, & LASSOS commemorat, tanquam classes hominum diversas. Cui scriptori multum fidendum, quia iudice LEIBNITIO fuit filius sororis Ludovici pii & interiora regni nosse potuit, qua illorum temporum Annalistæ raro attingunt. (2.) Quam multi quæso non extant regni germanici pagi longe post tempora TACITI & istoc ævo, ubi cum Christianismo plura circa servitutem immutata exstructi extant

extant, quis de his probabit, quod incolæ indefinita servitia in se receperint (3.) Romani in manumissione certas tantum operas sibi stipulabantur, quidni & Germani? diserte LEHMANN p. 81. de libertis Germanorum agens ait: sie sind mit NB. etlichen Diensten und Zinsen ihren Herrn verhaftet blieben.

\* 4. Servitia indeterminata non in infinitum extendi debere jamdiu observarunt JCTI GYLMAN. L. 1. dec. 12. n. 33. RICHTER deci. 9. 8. n. 8. WEHNER verbo: Dingnotul, sed præstanta esse secundum formam antiquam, morem regionis, aut vicinorum. Quare illos dici quidem: Unigenitæ/ simul tamen quoque dici Landübliche Richter. d. l.

Addi solet, quod etiam temperari debeant boni viri arbitratu WEHNER d. l. Alii monent. Dass dergleichen Dienste bereits schon an den meistern Orthern v. c. wegen der Burg- Besitz und Ernte- Tage auf ein gewisses determinirt. ROHR p. 338. circ. fin. Solet & æquitas judex constitui. Imo judicem ordinarium ex officio subditis nimis gravatis succurrere debere notat RICHTER n. 14. d. Bavariae legislator, ubi servitia inderminata regulariter obtinent: hoc moderamen tom. III. jur. Bavar. tit. 22. Art. 13. consti- tuit: Wiewohl der Lands gebreüchigen Scharwerch keine vollkommene gewisse Regul und Maß kan fürgeschrieben werden/ so sollen alle die / welchen man dergleichen Scharwerch zu leisten

leisten schuldig in Erforderung derselben sich  
also verhalten / daß dennoch die Unterthanen  
ihren Feld- Bau und andere nothwendige Ar-  
beit abwarten/ auch ihre und der ihrigen Nah-  
rung suchen und gewinnen mögen. Subiicit  
hic L. B. de SCHMID in not. 4. ne (1) exiguntur  
servitia insolita (2) nec solita ultra domini ne-  
cessitatem, nec (3) dominis plane inutilia rusticis  
noxia & molesta. Enim vero his omnibus diffi-  
cultates non tolluntur, nec lites præcaventur.  
Nam I. mos regionis, altero domino subditos  
benigniter altero durissime habente inconstans  
est, deinde dominus facile subdito queritanti  
opponere potest, er fordere was bräuchlich/  
nemlich ungemessene Dienste denn diese bringe  
der Gebrauch mit sich. (2) Boni viri arbitrium,  
si non in perpetuum interponitur, temporariis  
temperamentis suis generalibus rixas tantum ma-  
gis auget (3) Si quibusdam in locis determinatio  
jam semel prudenter facta, merito custodienda est,  
oportet tamen & illis locis consulere, ubi ejus-  
modi determinatio adhuc desideratur. (4) Ju-  
dex ex officio vix gratis, nec si crebrius ipsius o-  
pera imploratur, semper extra partium studium  
intercedere solet. (5) Quem usum præstiterit  
lex Bavaria, fatetur illustris interpres ejus  
SCHMID n. n. ad. artic. 4. d. l. Non raro inquit  
domini a rusticis servitia pro sola Cyclopicā sevitia  
exigunt, & ne diebus festis quidem isdem parcunt,  
& in hoc puncto conquerentium rusticorum de servi-  
tiorum

iorum immoderata exactione judicia nostra superio-  
 ria & inferiora litibus scatent. Nec (5) æquitatis  
 satis modulus & perspicuus judex est. Quare  
 si hodie casus occurrit, ubi rusticus onera pu-  
 blica ferre & simul servitia indeterminata præstare  
 nequit, nisi more Bohemico, ut loquitur SCHMID  
 d. tractetur & ad sanguinem emungatur, nihil  
 salubrius est, quam, ut dies, modus, & quali-  
 tas servitorum, mediante prudenti tempera-  
 mento, in perpetuum definiantur, prout hac-  
 tenus aliquoties factum a diversis collegiis juri-  
 dicis, ad quæ acta transmissa fuerunt. Si qui-  
 dem vetus generalis cantilena v. c. dñs beßlagter  
 bey erforderung der Dienste billige Maasse  
 halten/ vel die Klägere nicht über die Gebühre  
 beschweren/ item die dienste mit der Ermäßi-  
 gung/ dass Klägere das ihrige auch bestellen  
 und sich noth-dürftig hinbringen mögen/ exi-  
 giren, item wieder die Billigkeit und Christ.  
 Liebe keine unmöthige Führen/ oder Hand-  
 Dienste von Klägere erpressen solle/ apud do-  
 minos iniquos usu caret, neque hic impossibili-  
 tas objici potest, quasi dominorum utilitas &  
 necessitas varient, nec certam regulam admit-  
 tunt, Nam sicuti hæc variatio non obest certo-  
 rum salaryorum, aut stipendiorum definitioni  
 in republica , cur, quæſo magis obesset , cer-  
 tæ servitorum definitioni. Plane aliquando  
 accidit, ut etiam servitia determinata , aliae-  
 que præstationes certæ , propter necessaria ,

atque jam urgentia onera publica ad tempus  
moderentur, interim ejusmodi servitiorum alia-  
rumque præstationum circumscriptio, tunc de-  
mum in sublidium vocatur (1) Si subditi de præ-  
standorum mole querantur (2) Si inspectione  
commissariorum adhibita, subditos istis oneri-  
bus vel propter onera publica necessitate pu-  
blica aucta, vel aliam causam sine propriæ eco-  
nomia ruina, ferendo non esse deprehendatur.

## OBSERVATIO VII.

**S**upri poena de jure civili respectu hone-  
stiorum est publicatio dimidiæ partis bo-  
norum, humiles autem corpore coercen-  
tur & relegantur. \*1 Insuper stupratores no-  
tantur infamia. \*2 Quæ poenæ tamen o-  
mnes, ut & infamia moribus, cum arbitra-  
rie in stupratorem animadverti soleat, ces-  
fare videntur.

\*1. Hæ poenæ fere totidem verbis extant, §. 4. *Inst. de jud. publ.*

\*2. Probari hoc solet binis argumentis (1) quod iu-  
dicii publici damnatus fiat infamis. *I. 7. de publ.  
jud.* (2) quod in *I. 25. C. ad L. jul.* concubitus cum  
ancilla infamia non notetur, itaque argumento  
a contrario deducto sequi, quod stuprum foemi-  
næ honesta illatum stupratorem omnino infa-  
men

supis

s. D

mem reddat, Præcipue cum in d. l. inter ratios  
 nes decidendi, quare eius, qui ancillam compres-  
 sit fama tamen gravetur, non autem infamia fa-  
 cinus sequatur, diserte addatur: qui autem *non*  
*liberam* compressit. Et in hunc sensum vid.  
 MEV. *Consil.* XLVIII. n. 47. MATHÆI p. 412. n. 9.  
*de crimin.* FREHER. *de infam.* p. 444. n. 4. 451. 452.  
 Sed ab his recedit CARPZOVIVS *decis.* XVII. qui  
 tamen facti infamiam stupratorem contrahere  
 existimat, idque exinde, quod in iure nulla lex  
 extet, qua stuprum committentibus ex sorte in-  
 famiam irroget. Cui tamen LAUTERBACH. §.  
 3. Coll. Maj. tit. de bis qui not. infam. cit. l. 7. & re-  
 liqua iam adducta recte opponit. Stupratæ poe-  
 nam iure civili incognitam esse putant AFFLI-  
 CTVS in tit. que sunt regalia §. condemnatorum n. 13.  
 & THEODORIC. in colleg. crim. cap. VI. pag. 816.  
 Aliud tamen evidenter constat e c. l. 18. & 20. C. b. t.  
 ubi crimen stupri fæminæ sua sponte in ample-  
 xum masculi ruenti omnino imputatur. An  
 tamen eadem utriusque poena sit non satis e textu  
 constat. Regulariter mitius habenda videtur  
 mulier ob sexus imbecillitatem vid. late BERLICH  
 P. V. concl. 38. n. 116. seq. iure canonico stuprator  
 stupratam aut dotare, aut ducere tenetur c. l. 2. X.  
 de adulter. An autem ita de omni reliqua poena  
 transactum? Ita videtur, si matrimonium inter  
 partes secutum, favore matrimonii vid. d. c. 2. ubi  
 tantum in matrimonium detractantem corporali  
 castigatione animadvertisit. conf. GONZAL. n. 6.  
ibid.

*ibid.* nec aliter CARPZ. *QV. LXVIII.* *prax. crim.*  
 Idem dicendum si stuprator, uti tenetur, stupratam & quidem largius, quam pater alias ante commissum stuprum elocare potuisset, nec secundum facultates parentis pauperis, sed secundum proprias divitias THEODORIC. *p. 811.* dotet, cum obligatio stupratoris sit tantum alternativa. VOET. *§. 3. ff. b. t. in fin.* Quamvis rectius hoc neget BERLICH. *Part. V. concl. XXXVIII. n. 114. seq.* quia obligatio alternativa tantum attendenda respectu liberationis a vitiata puella, respectu autem remissionis poenæ publicæ solius matrimonii favor in causa est, qui in dotante aperte cessat. Illud certum, quod si stuprator nec dotem, nec nuptias puellæ eligere velit, aut possit, poenam carceris, aut relegationis subeat, siquidem in eos qui poenas civiles cludunt merito extra ordinem animadvertisit *L. I. §. fin. de pan.* VOET. *d. L. in med.* Imo & nuptias seutas, poenam non ut supra alatum plane tollere, sed tantum mitigare in foro afferunt, quos citat Klein. *p. 465. 512. in diff. vol.* ut tamen in hac specie novi conjuges non tam ob stuprum commissum, quam propter anticipatum concubitum *vid. BRVNNE Mt. II. 19. 26. jur. eccl. censuræ ecclesiastice subjaceant.*

\*3 Quondam Collegia juridica adhuc pro publicatione dimidiæ partis bonorum præcipue, si stuprum a nobili commissum respondisse e COLE-RI *decis. CLXXVI.* & HAHNIO nostro *b. t. con-*  
*stat. Quod tamen non satis convenit cum sen-*  
*tentia*

tentia Caroli V. in *confit. crimin. Artic. CCXIX.*  
 ubi veterum bonorum publicationum frequen-  
 tiam haud obscure sustulit. Accedit quod jus  
 Canonicum, quod aut dotandam, aut ducendam  
 pueram esse jussit, & tantum in subsidium aliam  
 coercionem arbitrariam, non bonorum amissio-  
 nem adhibere voluit, ubique fere prævaluerit.  
 Sola infamia scrupulum movet. *In speculo jur.*  
*Saxon. L. i. Art. V.* definitur: ein Weib mag mit  
 Unkeuschheit ihres Leibes ihre Weibl. Ehre  
 tränken / ihr Recht verliert sie damit nicht /  
 noch ihre Erbe. Neque olim nobiles qui stu-  
 pro se polluerant ut è veteri torneamentorum li-  
 bro refert. *Dn. de BVRGEMEISTER P. I. p. 129.*  
*Tbesaur. equestr. diplom.* ad torneamenta admitte-  
 bantur. Ad necem plane in fœminas stuprum pas-  
 sas, virgis sœviisse, easque placentis ex ovis putridis  
 confectis Westphalos aliisque testatur. *ROLVINCK*  
*p. 616. t. M. aypud, LEIBNIT.* Megapolitanos fœ-  
 minam nobilem, alias mascula prole deficiente  
 suo modo succedere solitam, amissione juris suc-  
 cedendi in simili specie multatæ, probat *TOR-*  
*NOV. de feud. jus Mecklemburg. P. I. p. 212.* inde stu-  
 pratam hodienum infamem esse docet *CARPZ.*  
*L. VI. Resp. c. n. 9.* & stupratorum hodienum infa-  
 mem esse integro *Confil. CXCVIII.* & *Resp. VI.* ad  
 jus Lubec. sibi demonstrandum sumvit *MEVIVS*  
 cui subscriptit *LAVTERBACH d. §. 15. de bis qui not.*  
*infam.* Vicissim stupratam, nisi in fornicatio-  
 nem plane incidat, moribus infamem non esse

con-

XIV concludit SCHOEPFER *dissert. de alimento & dot.*  
*filia nobil. HARPRECHTVM & SCHNEIDEWINVM*  
*testes laudans. Nec stuprator hodie infamis est*  
*judice MEVIO in addit. ad P. IV. tit. IV. Artic. I.*  
*jur. Lub. cum transitorium & plerumque juventutis*  
*delictum sit, imo pena infamia retentia metuendum*  
*esse ne res publ. sepius prestantissimorum ingeniorum*  
*opera careat. Cui jungi potest SCHILTER, qui*  
*postquam Exercit. X. §. XXXV. infamie poenias tan-*  
*quam parum reipublicae utiles disvalasit dein §. 36.*  
*quod tamen mihi indistincte non probatur, ad-*  
*dit: quod judges nostri infamiam non censantur ir-*  
*rogare nisi id fiat expresse, quale quid circa stuprum*  
*vix practicatur. Præcipue in academiis ita usu*  
*servari in fin. §. 35. ibid. testatur, adeo, ut nequi-*  
*-dem ob homicidium relegatus, nisi infamiae poe-*  
*-na diserte sententiae inseratur pro infami haben-*  
*-dus sit. Accessit doctrina juris canonici, quaž ju-*  
*-ris civilis rigorem temperavit. d.c. 2. X. de adul-*  
*-teris. legis duritiem mollientes ut nihil dicam de*  
*-communi etiam sapientum magistra experientia,*  
*quaž stuprum committentibus post multæ solu-*  
*-tionem. aut aliam, poenæ arbitrarie præstatio-*  
*-nem, nisi alia obstent, dignitatum portas mini-*  
*-me claudit. Licet interdum, cum tantum non*  
*infinita sit juris nostri varietas alicubi v. c. in Ca-*  
*-mera imperiali circa assessorum receptionem ali-*  
*-ter obtinere videatur. Quamvis nec exclusio*  
*a dignitate assessoris hujus judicii mox infamiam*  
*arguat. Nam v. c. etiam exteri, item qui non*  
sunt

sunt nobiles, aut doctores, ab affectione in camera excluduntur. Imo novimus quendam S. a Camera ob sextum præceptum decalogi violatum, reiectum, alibi in sua statione, qua antea sub cæsare potiebatur satis honorifica perstitisse. Nec aliter svadet e communibus Germanorum moribus subnatum proverbium, *ut potius decem famam conservemus*, quam unum infamia notemus. Augentur delinquenti dolores sive animi sive corporis, famæ quoad eius possibile parcatur nec ei facile, qui societate civitatis non elicitur, infamia irrogetur. Ex quibus omnibus inferendum est, hodie in criminis stupri quotiescumque Stuprator legi de dotanda, autducenda vitiata satisfacit infamiam cessare. At aliter dicendum videtur de illo, qui factum evidenter probatum inficiari, satisfactionem contumaciter læse denegare, atque ita omnium legum auctoritatem contemnere intendit. Hic enim non, tantum improbus Stuprator, sed quoque pessimus mendax & nefarius deceptor, & proinde mitioris iuris quippe, quod eludere conatur beneficio indignus est. Pœna enim a papa eum in finem potissimum mitigatae videntur, ut magis personæ læse innocentique partui, quam sci loculis in hoc delicto consulatur, itaque Stuprator, qui læse succurrere præfracte repusat, merito in acerbiorem pœnam accidente sententia judicis condemnatur. Alias quod hodie infamia non ordinaria stupri pœna sit, consen-

tiunt nobiscum præter cit. DD. jura quarundam  
 civitatum, ita v. c. Lubecæ & Stetini teste ME-  
 vio n. 50. diet. Consil. XLVII. poena infamia in  
 stupro cessat. Neque collegiorum opificum con-  
 suetudines nobis opponi possunt. Novimus  
 enim, quod hæc ob levissima quæque suis candi-  
 tatis negotium facessant, nec tantum vere delin-  
 quentes & infames, sed etiam v. c. liberos na-  
 turales, item die bey keinen zünftigen Meister  
 gelernet r.: excludant, aut non nisi legitima-  
 tos, vel ante mulctatos admittant. Imo uti me-  
 lioris disciplinæ servandæ causa his collegiis gra-  
 superta stupratoris receptio, propter receptam apud  
 illa consuetudinem, adeo rigorose non injun-  
 gitur: ita tamen perpetua ejusmodi hominis  
 exclusio minime in iis ferenda est per ea, quæ  
 habent MEV. d. l. adjus Lub. & Berger Resp.  
 CCLVII. P. 1. Scilicet poena quæ vitam delin-  
 quenti non adimit, nec vita honestæ tolerandæ  
 subsidia eidem auferre debet, quod certe per-  
 petua ejusmodi exclusio non obscure intendit.  
 Regulæ sanæ politiæ respectu pœnarum, quæ  
 merito publicæ salutis servandæ media esse de-  
 bent, tantum tres fines indicant (1) ut in emen-  
 dabilis è medio tollatur (2) ut si hoc aliter visum  
 perpetua custodia vis nocendi eidem dematur  
 (3) ut in quo ulla emendationis species futuræ  
 emendationi, non inutilis reddarur. Reliquæ  
 pœnæ pestiferum virus, non medicina reipubli-  
 cae videntur Porro quod supra verba L. 1. Art.  
 v. iur.

w. *jur Saxon.* attinet ein Weib mag mit Un-  
 feinschheit &c. vel ad foeminam luxuriantem publi-  
 ceque corpore quæstum facientem spectant, vel de  
 prærogativa & honore virginitatis explicanda sunt,  
 talia enim vitiata omnino amittit, ut accuratius  
 dicatur idiomate nostro eine geschwächete/ quam  
 eine geschändete und mehrliche. Westphalo-  
 rum veterum saevitiam ad Præterita et antiquata-  
 ipse ROLVINCIVS refert, neque hoc tam ad  
 infamiam , quam corporis cruciatus respexit.  
 Megapolitanus singulare jus constituit, quod  
 plane extendit ad nobilem cum sponsa sua nobili  
 ante hierologiam concubentem, de quo (*vid*  
*Sibrand de jure Mecklenburg singular. in fin.*) di-  
 serte statuit: Dass derselbe so wohl als seine  
 verlobte vor unrichtig und unrecht bey man-  
 nigliig gehalten / auch in ehrl. Zusammenkunf-  
 ten nicht geduldet/ die unden aber in Zünff-  
 ten und Handwerken nicht gelitten werden  
 sollen. Ulterius nec exclusio à toracamentis  
 infamiam necessario infert, cum & natalium  
 defectus excludat. Tandem licet simplici stu-  
 pro infamiam demamus, fatendum tamen est,  
 quod nihilominus alias hoc delictum obstet de-  
 linquenti sic v. c. Titio aliquando in ultima vo-  
 luntate quædam relicta erant: Wenn er sich  
 wohl verhielte / stupro postea ab ipso commis-  
 so, conditionem cessare judicavit LYNCKER  
*decis. 258.*

## OBSERVATIO VIII.

**I**N eo convenientur juris interpretes, quod per vim injustam invasus, si in defensione necessaria tertium innocentem vulneraverit, aut læscrit \* 1. ad reparationem damni non teneatur. Sed annon invasor injustus, qui aggressione sua damno causam præbuit, læso illud non resarcire debet? Quod, si læsus non ipse simul in culpa sit, affirmandum \* 2. esse putamus.

\* 1. Quod plane ad impunem occidendi licentiam extendit. GROT. L. ii. c. 1. §. 4. ut v. c. invasus, si decrepitus senex, aut yetula viam ad evadendum è periculo obsideat, mortem fugiens tales prostertere possit. Quod facilius conceditur, si vis invasionis & robur invasoris vim invasi superent, quam si vires & arma adeo non discrepent, ubi certe vilissimum facinus apud cordatos habebitur, fuga arrepta invasori injusto per vercordiam parcere, atque vim & arma, quæ ille experiri debebat, in miserum innocentem transferre. Imo ipsum jus naturale tantum in subsidium si contra invasorem omni idoneo medio frustra fortiter adhibito, saluti nostræ non aliter, quam tertii clade consulere liceat, eiusmodi miserandum facinus permittere videtur.

\* 2 Casus quondam oblatus est collegio juridico huius

huius academiæ. Piscator veteranus in quodam oppido ad Albim sito, in diversorio non tantum verborum aculeis & conviciis laceraverat nau-tam iuniorem, sed quoque cum hic iratior fa-tus maledicta maledictis compensasset arrepto conto in eum irruerat, & pertinacius insistendo fugatum in coetum hospitum in diversorio præ-sentium medium abegerat, accidebat, ut forte invasus & perturbatus fuste ad vim imminen-tem avertendam hinc inde quassato caput inno-centis adstantis ex improviso vehementer percu-teret. Lœsus cum sine omni sua culpa non tan-tum ingentes dolores pertulisset, sed & medico non spernendum honorarium solvisset, expensas, cum ab invaso non posset, ab invasore repetere intendebat. Neque vero iniquum videbatur pe-titum. (1) Quia invasor erat totius tumultus, percusionisque innocentis, dum invasum ad te-lum suum hinc inde vibrandum coegerat, causa moralis (2) Qui rei illicitæ operam dat, non tantum de damno, quod actu præsenti immedi-ate infert, sed quoque de illo quod per conse-quentiam inde oritur, refundendo tenetur 3. Læ-so circa læsionem nullum factum imputari pote-rat, invasoris autem pugnæ & turbæ manifestæ erant.

#### OBSERVATIO IX.

**D**E tempore partus antiqua concertatio  
\* i est, nunc in gratiam viduarum a no-

D 3

no

no \* 2. mense ad decimum, undecimum,  
 \* 3. plane duodecimum \* 4. illud produxerunt, nunc etiam septimo mensis initio hominem perfectum nasci posse docuerunt. Iura nostra civilia circa septimestrem partum quidem consentiunt, verum eum, qui post decimum mensem in lucem editus est, ad legitimam hereditatem admittere non lunt \* 5.

\* 1 Neque hoc adeo mirandum, tempora partus definitur experientia, experientia autem dependet a testimonis muliercularum, quae regulariter propriam turpitudinem vix fateri, nec contra propria commoda venire solent, licet hoc in legibus nostris alicubi afferatur. Imo si quædam causam, cur alios fallant non habent, sæpe tamen contingere potest ut certe ipsæ fallantur ZACHIAS L. 1. tit 2. qv. 5. n. u. accedit quod lites de legitima nativitate præjudicium faciant juri succedendi atque hereditatis petitioni, quod controversiarum genus doctis, a quibus responsa in usum litigantium petuntur, oppido quæstuosum esse consuevit, Vnde nec abs re est tempus ascendendi & breve & longius admittere, atque omnia in incerto relinquere, quo deinde ex tot diversis opinionibus eligere liceat, quod præsenti causa inserviat.

\* 2 Novem mensium terminus tempestivus & ordinarius

31(3)

dinarius esse dicitur FABROTT p. 18. de temp.  
human. part. vel certe mensis decimus CARAN-  
ZA c. XII. n. 10. sequ. c. XIII. n. 5. & multis ZA-  
CHIAS de qu. s.

\* 3. Initio mensis undecimi partum adhuc legitimum secundum jus quoque commune nasci ē Nove<sup>ll</sup> XXXIX. c. 2. probari posse creditur, cum imperator ibi dicat, quod posthumus undecimo *mensē completo* mature defuncto conceptus esse nequeat. Inde a contrario concludendum quod undecimo *mensē nonum completo* natus tanquam e defuncto conceptus filius legitimus sit. Enim vero cum imperator ibi non quæstionem de legitimitate partus, sed de poena viduæ, quæ intra annum luctus non caste vixit tractet, argumentum a contrario non subsistit. Licet ita prædicti existiment vid. LAVTERB. de his qui sūi, vel alien. jur. d. l.

\* 4. Ita PLINIVS L. VII. c. 5. bisfor. natur. plane XIII. mensem admittit, quasi nullum certum tempus parandi statutum. Imo HOTTO-MANN. L. IX. c. 9. observ. p. 200. pro arbitrio Iudicis etiam decimo quarto mensē natum admitti posse existimat. Ceterum hanc speciem refert SAND L. IV. tit IIX. def. X. Maritus per XIV. dies lecto decumbens A. 1631. die X. Augusti migravit ad dominum, vidua relicta perperit filium 1632. die IX Julii, itaque uterum, ut dicebat, gestaverat, si dies morbi mariti addantur, per integrum annum, demitis tantummodo

modo diebus XIIX. Partus licet inter judices non conveniret, per plura tamen suffragia declaratus fuit pro legitimo mortuoque herede ab intestato. Rationes decidendi erant (1) probati mulieris mores & pudicitia minime suspecta (2) quod ægrotus ipsi semen immisit non satis coctum & preparatum.

\*5. Textus habentur L. 20. pr. de liber. & postb. L. 3. §. pen. de suis & legi. I. ult. de fideic. libert. princ. L. 4. C. de postb. hered. inst. In his sane omnibus temporis decimestris diserta mentio fit, ut proinde, de mente juris nostri circa definiendum nascendissimum dubitandum non sit. Addit. CARANZA n. 23. p. 189. adhuc dies septem, quasi conceptio non mox fiat semine immisso, sed septimo demum die. GLOSSA ad Art. 39. Weichbild tantum admittit: X. Monaths unb zwey Tage. Speculator a Saxo L. 1. art. 30. tandem in genere commemorat, daß das Kind / so zu frühe / oder zu spät gekommen / gescholtzen werden könne / sine determinacione temporis. Canonista si quando tractationi sit. qui fil. fini legit. questionem de tempore partus imminent ad ius civile nostrum provocant, vid. KRAMER. ad d. tit. dubit. 15. pag. 359. ENGEL eod. tit. n. 6. Sane ex quo semel a legibus juris nostri divortiam factum, tot novi termini amense VII. ut jam vidi mus usque ad XIV. excogitati sunt. Obicem ponere intenderunt. BOHN. de dupl. medio offic. n. 626. qui antiquitatis venerationis dogma de tanta variatione temporis tribuit, & AMMANN de consensu Numa & Hippocr. qui fungoso veterarum cerebro atque ecliptico medicorum quorundam judicio idem adscribit. Contra quos pro antiquitate & foeminitate disputat CAMERAR. in System. cautel. medic. p. 593. mult. seq. Quod præmaturos v. c. septimestres partus attinet, recte videtur res dedici ex inspectione roboris, molis &c. nati

nati p. 601. d. l. Quare non sine ratione Medici Vien-  
 nenses, cum ipsis hæc species offerretur: Ferdinandus de Graes. A. 1701 in agro Leodiensi matrimonio  
 sibi junxerat Kettleriam die XVI. Julii, qua marito dein  
 eodem mense defuncto filium pariebat, 1702. initio  
 Februarii, responderunt, quod si partus esset vege-  
 tus, robustus justæque molis pro legitimo habendus  
 non esset, præcipue cum Kettleria initio litis fassa  
 esset, quod cum Tyllo ante nuptias cum GRAES  
 initas concubuisset. Alias justò citius aliquando  
 partum excludi variis ex causis, non opus est, ut pro-  
 betur. Quod vero aliquando justo serius quoque  
 fetus prodeat, id difficilis conceptu est, ut ZA-  
 CHIAS l. II. l. n. 15. fatetur: præveniri inquit, a causa  
 moribifica, superari autem, præsertim longo spatio  
 nascenti terminus vix potest. Si quando accidit in lan-  
 guescientem fœminam partusque calorem caufam reji-  
 cit, n. 112, ibid. CAMERARIUS 1602. ita philosopha-  
 tur PARVVLVS fatus, nulla sui, vel secundina mole ma-  
 tri gravis, ac lente perficiendus, a matre robore fibrarum,  
 placidoque eorum statu, ac sanguinolento quietoquo pradita  
 tardius procul dubio protrahatur ex iſboc suo domicilio.  
 Neuter tamen illorum terminum protractionis defi-  
 nire audet vid. ZACHIAM in fin. d. Qu. v. verbis  
 non nego posse terminos pratergredi &c. & CAMERA.  
 RIVM cujus hæc sunt p. 603. non facile adimiti debet  
 partus undecimbris nisi inquantum ejus veritas eluce-  
 scit, sepositis omnino quæ de XIII. XV. & XVII.  
 mensibus circumferuntur. Itaque de XII. mense men-  
 tem non aperit, sed futuro responso pro singulari  
 honorario, ut videtur aliquando pro remata redden-  
 do reservat. Si quis hanc controversiam apud au-  
 stores legit & cum cura expendit, facile animadver-  
 tit, quod quæ pro extensione temporis partus ul-

tra terminum decem mensium, paucorumque dierum  
in jure definitum, adducuntur, incredulis vix satis fa-  
ciant, neque morum disciplinae, nec reipublice con-  
ducant, & juribus heredum indubie legitimorum in-  
signiter noceant vid. HVBER pral. sit. stat ham p. 34.  
Neque nos movent, quæ ibidem addit: veram ta-  
men esse docet ius, & quando in hypothesis versantur judi-  
ces, difficulter eos faemini honestatis reputazione notis preju-  
dicare: quibus, addi potest favor ipsius partus cuius  
famæ, quoad ejus fieri potest consulendum, ut ex  
supra dictis de parciori peccarum infamiae usu colli-  
gere licet. Nam esto prospiciatur & mulieris & par-  
tus famæ, quamdiu medicorum curiosæ dissensiones,  
judicium animos in foro divexant, detur tamen ope-  
ra simul, ne id fiat cum aliorum innocentium damno  
& injuria. Scilicet hoc volumus, fiat distinctio qua-  
tionum de pena infamiae infligenda, & de petenda  
hereditate. Ad famæ enim conservationem penam-  
que infamiae evitandam utique sufficit, quod causa  
infamiae non probata, quamvis aeculatus quoque ni-  
hil probaverit, sed ad hereditatem petendam mini-  
me sufficit, quod reus non possit probare actorem  
non esse heredem, verum opus est, ut actor se here-  
dem esse probet. Quoniam petitiones actoris non  
ex eo estimari debent, quod possessori jus desit, sed  
quod a parte actoris jus adsit. Nemo ades vindica-  
tori restituit, quia possessio jure caret, sed quia dominium  
apud vindicantem existit. Quod in penalij judicio  
omnino secus se habet, ubi vincit non tantum qui  
innocentiam probavit, sed & ille cuius nocentia non  
demonstrata. At qui dicis monstro simile videtur  
esse legitime natum, nec tamen esse heredem. Re-  
spondet ita est (1) ubi legis auctoritas utrumque  
jungit. Att leges juris communis hic contrarium  
lo-

loquuntur. Nec consuetudo hic forte probabilitas,  
si quidem JCTi vid. *præjud.* n. 5. *Wittenbergensum* n. 76.  
Scabini. Lipi. p. 29. 41. apud FINCKHELT. obseruat.  
posit. ubi diserte: die weil die Rechte allein den Anfang  
des II. Monats und fernere Zeit nicht in solchen Ge-  
burts Fällen zu lassen/ sc. dissentiant, nec medici in-  
ter se convenient, ut ex BOHNIO, AMMANNO  
aliisque, quos ille citat, constat (2) Legitimitas atque  
hereditatis acquisitionis variis casibus in jure separan-  
tur. v. c. jure clientelari apud Germanos respectu  
successionis feudalium, vbi: das Krippel-Kind/ der  
Zwerch/ und der zu viel hat/ legitimi habentur, he-  
redes autem non habentur. (3) Aliud in jure est v.c.  
probasse fundum esse liberum, aliud probasse, quod  
ipso servitus plane debeatur (4) Diversa probatio at-  
tenditur etiam alias in delictis carnis v. c. in adulterio,  
ad pecuniam opus est in causa criminali probatio-  
ne clara, ad separandum, solvendumque matrimo-  
nium, ut civiles effectus, civiliaque commoda tol-  
lantur, sufficit probatio levior. Unde licet distin-  
ctio nostra forte plures in foro inveniat dissentientes  
& opposentes, æquum tamen videtur, ut post se-  
cundum a lege scripta jureque civili in hoc argumen-  
to, quoad tempus partus computandum factum,  
nova legislatione confirmetur, aut certe tam dubii  
status proli nonnisi alimenta addicentur.

### OBSERVATIO X.

#### DE VSV JVRIIS SERVITVTIS E JVRE JVSTINIANEO

**S**ervorum Romanorum aliam quondam  
fuisse rationem, quam Germanorum jam  
E 2 trita

trita observatio est. Nam licet apud Romanos distinctio in servos urbanos & rusticos nota esset. vid. l. 99. de legat. III. t.t. C. de agric, & censit, & de colon. var. tit. 49. L. XI. Maxima tamen servorum pars ad pompam ad luxum in aulæ speciem compositum, vel & ad usum vitæ urbanæ adhibebatur. Germani autem, qui olim urbes ignorabant servis ad rem pecuariam & agrariam fere utebantur, interim de applicatione juris communis in foro non unæ lites oriuntur. Multa ob statum nostrorum servorum diversum aperte non quadrant \* 1 multa autem ambiguæ disceptationis sunt, illustrabimus rem in notis specie singulare. \* 2.

\* 1 V. c. de peculio servorum, de servorum heredum institutione, de ædilitio editio circa præstationem vitiorum servi venditi, de servis exportandis, si familia furtum fecisse dicatur, de actionibus noxalibus, de diverso servorum v. c. medici, eunuchi &c. pretio.

\* 2 Anno MDCCXIII. moriebatur in regia B. LAVNO. JVS civis mercator & senatorius, homo prædives, quippe cuius hereditas centum mille imperialibus æstimabatur. Exsurgebant Domini de G. adibant judicem illique referebant, quod defunctus L. natus fuisset in Westphalia, & quidem in pago Oedinghausen A. 1635. ans einer den Herrn von G. zu behörigen

rigen Eigenthums. Stelle/ parentibus hominibus pro-  
 pris, hominem proprium, ipsis dominis incis jam-  
 diu e patria profugum, nec unquam præstis præ-  
 standis e servili nexus dimisum, competere proinde  
 dominis vi der R. Eigenthums. Ordnung de Anno  
 1669. dimidiā hereditatis. Vidua defuncti rem ge-  
 stam ita exponebat, defuncti matrem fuisse inge-  
 nuam, puerilem ætatem ipsum in summa miseria re-  
 rumque omnium penuria transegisse & stipem qua-  
 rendo vicitasse. Anno 1651. juvenem militem cæ-  
 fareum per vim secum ab duxisse. Dein biennio elapso  
 ipsum sub signis Brandenburgicis per XVI. annos mi-  
 litasse, honesta missione postea ab his impetrata.  
 Anno MDCLXXXIII. sedem fortunarum elegisse re-  
 giam B. conjugem duxisse, lignorum mercaturam sat  
 quæstuosam & omnibus civibus iſius loci conspi-  
 cuam, exterisque notam fecisse. Ad dignitatem af-  
 fectoris civilis & criminalis judicij ibidem ascendiſſe.  
 Plus vice simplici in patriam proſectum coram o-  
 mnium oculis versasse, & conviviis interfuiſſe, tem-  
 plum loci nativitatis se candelabro artificio exor-  
 naturum esse, pluribus hospitibus una cum pastore  
 præsentibus voyiffe. Nec unquam a pristinis domi-  
 nis intra integrōs sexaginta annos ullam defuncto sta-  
 tus controversiam motam. Imo dominos retinuisse s.  
 imperiales ex hereditate defuncto debita, loco pretiū  
 vor den Mann. Brief unde exceptionem præscriptio-  
 nis remissionis tacitæ, derelictionis, militiæ & dignita-  
 tum dominis haut invitis imþetratarum apertissime  
 jura actorum excludere. Allegabantur in hunc finem.  
 Nov. 113. c. 1. Nov. 22. c. 12. l. 6. C. qui milit. l. 6. C. de censit. &  
 agricol. Stemm. de servit. person. Vicissim actores replica-  
 bant. Wer auf Gute. Herren Eigenthums. Stelle heym-  
 rahet.

rathet/ der wird sofort Leibeigen §. 12. R. Eigenthums-  
Orde/ und bleibt nur sodann das erstgebohrne Kind  
frey. (2) Eadem lege patria§ 30. verbis, ohngeachtet sie  
wegen des Eigenthums nicht besprochen/ decidi, quod si-  
lentium Domino cuius homo proprius, eo non con-  
sentiente abiit, non debeat prejudicare (3) Insuper in  
protocollo parentis dominorum actorum Ann. 1662.  
annotatum reperiri: Anton und sein Bruder (sive de  
functus Launojs) sind Leibeigen (4) jura patria loqui  
in genere von einem Leibeigenen der weggehet/ non in spe-  
cie de clanculari e aufgiente & vitam vagabundam eli-  
gente, nec ideo obstat, quod defunctus cum militibus  
abierit alibique non in obseuro vixerit (5) præterea  
defunctum clam abiisse & clam aliquando rediisse nec  
dominis de hominis domicilio constitisse, (6) domi-  
nos quoque aliquamdiu militatum absuisse (7) here-  
ditatem V. imperialium nunquam petuisse, neque V.  
thaleros dominos in proemium manumissionis reti-  
nuisse, sed non potestis facto apud illos restituisse. (8)  
Quod leges civiles attinet, tenendum, quod quasio  
non e jure civili, sed patrio solvenda sint. Dein  
(9) nec responcionem ad textus deesse. Initio  
*Novellas* loqui de infantibus, aut servis ægrotis ex-  
positis. Porro *L. 6. C. qui militar. possit.* concedere  
dominis quorum servus ipsis ignorantibus miles fa-  
etus, revocationem inservitutem. *L. 6. C. de fund.  
privat.* agere de colono qui per XXX. annos sine  
contradictione muneri publico präfuit, quale quid  
in facto non probatum. Ulterius *L. 4. C. de cubicul.*  
inepte ad astellores judicii municipalis applicari &  
non nisi speciale dignitatis cubiculariorum princi-  
pis privilegium continere. Varia dein a parte adhuc  
utraque disputata, judicatum tamen pro vidua, nec  
ratio-

339

---

rationes textuum civilium, utpote tamquam jus  
commune jura specialia supplentium plane insuper  
habitæ, præcipue capita *Novellarum* dominorum  
neglectum servorum aperte amissione dominii coer-  
centium, non sola civili legislatione, sed  
ex ipsa naturali æquitate.

---

## COROLLARIA.

I.

*Pratores Romani & nostri Magistratus to-  
to cœlo differunt.*

II.

*Majora vota non semper concludunt.*

III.

*Negotiorum alienorum gestio non semper pro-  
ducit Actionem negotiorum gestorum.*

IV.

*Stabularius tenetur quidem de Equo, Freno  
& Ephippio, non autem de Scopetis (Pis-  
sibus:*

stohlen) neque aliis pretiosis ornamentis  
equo impositis.

V.

Ad obtinenda bona hereditaria, interdum fru-  
stra, ac cum refusione expensarum, he-  
reditatis petitio instituitur.

VI.

A Solutione Canonis ad constitutam Emphy-  
teusin, & quod alter alterius sit Emphy-  
teuta, plane non concludendum.

S. D. T. G.



00 417

AB: 65717

X 2290245

VD 17





14

DISSESSATIO IN AVGVRALIS JVRIDICA  
SIVE  
OBSERVATIONES JVRI MISCELLANÆ  
**THEORETICO.**  
**PRACTICÆ**  
QVAS INDVLTV ORDINIS  
JVRE CONSULTORVM PRÆSIDE  
**JO. PAVLLO. KRESSIO,**  
J. V. D. ET P. P. ACADEMIAE  
JAM PRORECTORE, ET ORDINIS SVI DECANO  
PATRONO AC PROMOTORE SVO PER  
ÆTATEM COLENDO,  
**PRO GRADV DOCTORALI**  
AC SVMmis IN VTROQUE JVRE HONORIBVS  
ET PRIVILEGIIS RITE CONSEQUENDIS,  
PLACIDÆ ERVDITORVM DISCEPTATIONI  
*IN JVLEO MAIORI*  
DIE AVGUST. III. HOR. CONSVET. SVBIICIT  
AVCTOR  
**CARL GOTTHILFF DRACHSTEDT**  
PATRICIVS HALL. MAGDEB.  
REGIMIN. BLANCKOB. ADVOC. ORDIN.

---

HELMSTADII,  
TYPIS HERMANNI DANIELIS HAMMI,  
ACAD. TYPogr. 1722.